

Abt Kaspar Aindorffer von Tegernsee an NvK. Er erklärt sich bereit, die von NvK gewünschte Zelle für ihn zu bereiten, glaubt aber nicht, dass Gott von NvK fordere, sich in die Einsamkeit zurückzuziehen. Mit besonderem Dank für die Widmung von ‚de visione dei‘ sendet er dieses Büchlein und ‚de pace fidei‘ nach Vollendung der Kopien zurück.

Kopie (gleichzeitig): MÜNCHEN, StB, Clm 19697f. 52^r-53^r.

Druck: Vansteenberghe, Autour 119-121 Nr. 8; Baum/Senoner, Briefe und Dokumente I 106, 108 Nr. 31a.

Deutsche Übersetzung: Oehl, Deutsche Mystikerbriefe Nr. 5; Baum/Senoner, Briefe und Dokumente I 107, 109 Nr. 31b.

Erw.: Koch, Kritisches Verzeichnis 83 Nr. 61 Anm. 1; Haubst, Zur Edition 148; Rinser, Tegernseer Kosmos 197f.; Ziebarth, Faith and Intellect 165, 287; Ranff, Cusanus im Gespräch 88.

Reverendissime et graciosissime pater. Cum oracionibus humilibus subiectionem suamque recommendationem devotam. Vestre r. p. una cum fratribus, non prout volo, sed ut valeo, semper refero grates.

Siquidem post plurima et magna v. r. p. que percepimus beneficia paternum in omnibus apreciamur et superextollimus affectum, nimirum ipsa tanti amatoris amorisque tam multipliciter exhibita indicia quamvis indignos et sine meritis supra modum suaviter delectant. Retuleruntque multa fratres duo¹⁾, quos nuper miseram, que corda exhilarant devotorum. Unde dicunt audientes et aliud nescientes: „Sint deo grates et laus, ipsi honor et gloria, ipse adaugeat bonum omne, ipse tueatur, conservet et salvet“, et sic de aliis.

Narravit preterea e duobus alter, quod v. r. p. sibi cellam nobiscum iusserit fieri.²⁾ O mandatum nimis gratum, sed heu minime ratum! Non ego presumo nec fratres hoc ipsum a deo postulari. Verumtamen desiderare toto ex corde et indesinenter ad semper nobiscum manendum, eciam conformiter in Christo vivendum, addito ly ‚si‘ et ‚in quantum‘ etc. Puto, quod nec deus desiderium tale velit humilibus imputare. Ipse doceat atque perficere faciat, que sibi placita et nobis salutaria solus optime novit.

Diu vestra r. p. allexit parvulos tractatulis et scriptis superpreciosis³⁾ atque egregiis valde, que dum per se merito cuique sufficerent, non tamen amanti, sed neque amati unquam est satis. Denique novis semper delectatur, sed minime saciatur humana aviditas. Quod si curiositas vana, sit iuste culpanda. Est nichilominus devocio sancta digne laudanda. Animat non mediocriter, sed et efficit plurimum audaces titulus ipse libelli ‚de visione dei‘⁴⁾, qui quidem de manu paternitatis vestre r. talis extat: „ad abbatem et fratres in Tegern(see)“, et premittitur „devotos“. Hoc est, quod optant. Quid preterea mox in ipsius libri prohemio, quid in eiusdem processu per diversa capitula resonat vicibus non paucis, nisi quod mentes singulorum vehementer afficit, violenter stringit ac sibi totus rapit cordibus cordi nectens paterno? Et quid est hec certe frequens replicatio verborum huiusmodi: „amantissimi fratres“, „dilectissimos fratres“ etc.? Quid proinde liber ipse aliud intendit nisi mentes amorosas affectibus flammigeris iugiter evehere sursum et via amoris facili et brevi assidue superferre in deum, eique soli inseparabiliter couniri? O felix compendium, per quod ad finem beatum a cunctis desideratum tam facile et raptim venit, ad quem tamen, quotquot sunt codices et libri per orbem universum dispersi, unice consequendum omnes invitare videntur! Sed qualis est finis, scilicet deum videre eique fruitivo amore inherere feliciter! Sed o visio, o fruicio: quanto plus, tanto minus; quo propinquius, eo longius; quo presentius, eo absentius; quanto clarius, tanto obscurius! Sed hic non plura de hoc. Porro teneamus, uti tenemus ego et fratres, quod vestre r. p. tanto talique amore gratuito sumus preventi. Rependere cupimus, reamare volumus, sed nec valemus nec scimus. Oramus et petimus: „Repende pro nobis et supple, o tu deus!“ Sic satis erit.

Dirigo rescriptos et relectos per fratres libellos ‚De visione dei‘ et ‚De pace fidei‘, solita et humili confidentia petens alios nobis cum presentibus transmitti, scilicet: librorum Dyonisii novam translationem⁵⁾, similiter libros Eusebii noviter in latinum translatos⁶⁾, et specialiter mustum berillum⁷⁾, ut videamus in ‚Docta ignorantia‘⁸⁾ et alibi, que multis obscura videntur, precipue de coincidencia contradictoriarum, de spera infinita etc. Optamus eciam habere Matheum de Swecia ‚Super Appockalipsim‘⁹⁾ (et complementum Dyalogi super Magnificat ‚De visitatione Marie‘¹⁰⁾), ubi Christianus loquitur cum Maria, et continuatur dyalogus usque ad clausulam, qua respondet Maria: „Quia deus respexit humilitatem

1 Reverendissime: *em.* Reverentissime. | graciosissime: *em.* graciosissime. 10 presumo: *em.* presummo. 22 hec: *em.* hoc. 26 dispersi: *em.* dispersum. 31 Repende: *em.* rependere.

ancille sue¹¹⁾, et ulterius usque ad punctum, ubi dicitur: „unde discipulos et eos, qui faciunt voluntatem patris, dicit fratrem et matrem; Jhesus ipse igitur est filius, si nos eius mater“, et nichil sequitur ultra.¹²⁾ 40
„De complementis“ quoque „mathematicis“ nondum vidimus.¹³⁾

Peto postremo, quantum petere liceat ne offendam, responsa graciosa super proxime quesitis simul et super hiis, que hic in zedula seorsum signantur.¹⁴⁾ Sint demum filii suo patri dignissimo sinceriter, ut optant, recommendati, quos una cum eodem in idipsum, qui salvos omnes vult fieri, feliciter salvet. Amen.

45

1) Nämlich Bernhard von Waging und der Tegernseer Mönch Eberhard von Wolfratshausen, die Ende November 1453 zur Visitation der Abtei Sonnenburg nach Brixen gekommen waren. S.o. Nr. 3739.

2) Zu diesen Plänen s.u. Nr. 3826f. und vorerst Vansteenbergh, *Autour* 139-148.

3) S.o. Nr. 3625 Z. 67-70.

4) S.o. Nr. 3721.

5) Pseudo-Dionysius in der Übersetzung des Ambrogio Traversari; s.o. Nr. 3625 Anm. 13.

6) Eusebius von Caesarea, „De praeparatione evangelica“, ed. K. Mraz (Die griechischen christlichen Schriftsteller der ersten Jahrhunderte, 43,1-2), Berlin 1954-1956, ²1982-1983. Georg von Trapezunt fertigte 1448/1450 eine Nikolaus V. gewidmete Übersetzung an, welche Andrea Contrario († 1472) Anfang 1454 in einem Brief an Nikolaus V. beftig kritisierte; vgl. J. Monfasani, *George of Trebizond. A Biography and a Study of his Rhetoric and Logic* (Columbia Studies in the Classical Tradition 1), Leiden 1976, 72, 78, 108, 120, 127; ders., *Collectanea Trapezuntiana*, Binghampton 1984, 721-726; L. Onofri, *Note su Trapezunzio e il De evangelica praeparatione di Eusebio da Cesarea*, in: *La Cultura. Rivista di Filosofia, Letteratura e Storia* 24 (1986) 211-230, hier 215f. Das mit zahlreichen autographen Marginalien versehene Exemplar des NvK befindet sich in BERNKASTEL-KUES, *StiB*, Cod. 41; vgl. Marx, *Verzeichnis* 35f. Zur handschriftlichen Überlieferung in Tegersee vgl. auch Müller, *Anfänge der Humanismusrezeption* 54f. — NvK verweist auf das Werk in seiner Predigt vom 31. Juli 1453; b XVIII 3, 33 Nr. CXXVIII Z. 20; s.o. Nr. 3549.

7) Bereits im Herbst 1452 hatten die Tegernseer Mönche um eine solche Schrift zum besseren Verständnis der mystischen Theologie gebeten; s.o. Nr. 2824. NvK hatte die Mönche zunächst mit dem Verweis auf bischöfliche Pflichten vertröstet; s.o. Nr. 2825. Die Beryll-Metapher, welche auch spätere Anfragen und Vertröstungen kennzeichnete (s. vorerst unten Nr. 3824, 3826, 3828), erscheint hier zum ersten Mal. Die Schrift wurde erst im August 1458 von NvK in Buchenstein vollendet; vgl. b XI 1, XI-XIII.

8) „De docta ignorantia“ des NvK, erschienen 1440; ed. E. Hoffmann/R. Klibansky, b I; vgl. Nr. 426.

9) Zum Apokalypsekommentar des Matthias von Schweden s.o. Nr. 2824 Anm. 6.

10) NvK, *Dialogus de annunciatione Mariae* (1446), ed. Paris 1514, f. 3^v-6^v; Basel 1565, p. 343-349. Vgl. Vansteenbergh, *Autour* 121 Anm. 1; Koch, *Kritisches Verzeichnis* 82 Anm. 1.

11) Ed. Basel 1565, p. 347.

12) Der hier zitierte Satz steht bereits am Schluss des „Dialogus de annunciatione Mariae“; ed. Basel 1565, p. 349. Die von Aindorffer erbetene Fortsetzung hat NvK offenbar nicht geschrieben; vgl. Koch, *Kritisches Verzeichnis* 82f. Anm. 1.

13) NvK hatte dieses Werk bereits im September 1453 angekündigt; s.o. Nr. 3625 Anm. 8.

14) Die Tegernseer Mönche legten ihren Briefen häufig Zettel mit Zweifelsfragen bei, welche der Kardinal meist auf dem Zettel selbst beantwortete; vgl. bereits oben Nr. 3701f. Die daraus entstandenen listenartigen „Responsa ad dubia“ sind häufig nicht datiert, lassen sich aber aufgrund inhaltlicher Details den entsprechenden Briefen zuordnen. Die zu Nr. 3793 gehörigen Dubia konnten jedoch bislang nicht identifiziert werden. Allerdings scheint NvK die hier angesprochene Frageliste zumindest vorerst unbeantwortet gelassen zu haben; s.u. Nr. 3826 Z. 22f. Eine Zusammenstellung jetzt bei T. Wölké, *Nicholas of Cusa as Reform Bishop: The Potential for Legitimacy of Late-Medieval Ecclesiastical Reform*, in: *American Cusanus Society Newsletter* 32 (2015) 37-49. S. auch künftig AC II 3 zu 1454 September 9, 1455 Mai 15; AC II 4 zu 1455 Juni 2, 1456 Januar 9; AC II 5 zu 1457 Januar 10.